



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 70. Legati Angliæ ad Galliarum Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

storiam de urbe Mantuana, & de Gon- Sæcul. XV.  
zagæa Familia, quod opus diu in suo A.C. 1481.  
manuscripto delitescens, tandem Vien-  
næ in Austria Anno millesimo sexente-  
simo septuagesimo quinto in lucem e-  
missum est opera & studio Lambecii Vi-  
ti longe celeberrimi.

### §. LXX.

#### *Legati Angliæ ad Galliarum Regem.*

Sancitis Angliam inter & Franciam in-  
duclis, quarum supra meminimus, E-  
duardi Regis Oratores anno priori Lu-  
dovicum XI. adibant. Eo tempore Rex  
Turonii agebat, ut igitur hosce Legatos  
magis luculenta honorum significatione  
exciperet, usque ad Castrum Reginaldi  
illis obviam processit, ac ingenti pompa  
salutatos ad alloquium vocavit, cun-  
ctosq[ue] articulos utrinque firmatos rati-  
habuit. Legati tanta, qua a Rege ex-  
cipiebantur, benevolentia admodum læ-  
ti in Angliam revertuntur; his demum  
abeuntibus, per universum regnum pacta  
induciarum prorogatio publicata est,  
quæ verius pacis foedus dici meretur, eo-  
quod juxta initas concordiæ leges cau-  
tum esset, ut hæ induciæ non modo  
perdurarent, quamdiu uterque Rex in  
vivis agerent, sed insuper integro adhuc  
sæculo

Sæcul. XV. sæculo post obitum illius, qui primus eo  
A. C. 1481. rum decederet, vim suam haberent.  
 Porro inter ceteras hujus pacis conditio-  
 nes præcipua erat, ut deinceps etiam  
 Angliae Regi a Ludovico ejusque Su-  
 cessoribus, quamdiu induciæ subsisterent,  
 centum millium aureorum pensio no-  
 meraretur.

## §. LXXI.

*Ludovicus XI. iterato apoplexia  
 taetus.*

Comm. I. 6.  
 6.7.

Hoc item anno millesimo quadrin-  
 tesimo octogesimo primo Ludovicus  
 XI. in suo castro Plessiaci prope Turonem  
 iterato animi deliquio corripitur, nec ta-  
 men inde gravius subibat vitæ pericu-  
 lum, quam quo jam antea Cainone de-  
 functus erat, hinc pro more suo itine-  
 ra prosequebatur, ac quamprimum e-  
 qui currentis motum sustinendo par erat,  
 ad Pontem Arcensem in Normanniam  
 contendebat, ut ibidem stativa lu-  
 straret, quæ hortatu Cordæi posuerat,  
 ut exercitum haberet pace belloque in  
 armis exercitatum, & ad subitos casus  
 expeditum. Contrahebantur ergo mille  
 quingenti Lancearii, & peditum decem  
 millia, præter bis mille quingentos fosso-  
 res castrenses: aderat quoque copiosus  
 sarcinarum, ac tormentorum, armorum-

que